Universitätsbibliothek Paderborn

# Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi (dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris succinctim complectens

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quòd sub qualibet specie sit totum & integrum sacramentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Visual Library

## CAPVT XII.

### ARGVMENTA.

1. *Quòd ſub qualibet ſpecie ſit totum & inte-grum ſacramentum.*

2. *Quòd ſalus noſtra non dependet à potatione calicis.*

3. *Quare Eccleſia vtatur vna ſpecie pro laicis.*

NOtandum eſt primò, ꝙ Chriſtum ha-
1. beamus ſub illis ſpeciebus indiuiſibi-
lem, integrum, viuentẽ, ſicut iam in cœ-
lo ad dexteram patris ſedet. Apoſtolus
inquit Rõ. 6. Chriſtus ampliùs non mo-
ritur &c. nec diuiditur amplius ſanguis eius à corpo-
re, ſicut ſemel factum eſt in paſſione quia igitur im-
poſſibile eſt, hęc in Chriſto ſeparari, ſed vbi corpus
eius eſt viuum, ibi eſt & ſanguis eius: & vbi ſanguis,
ibi & corpus: vndè elucet, quòd qui vnam harũ ſpe-
cierũ ſumit, totũ accipit Chriſtum & totum Sacramẽ-
tũ, id eſt, tã corpus quàm ſanguinem eius accipit, nec
fructus minor eſt ſumentiũ ſub vna, nec maior ſumẽ-
tium vtranq; ſpeciẽ. Igitur ratione ſalutis atque fi-
dei nihil decedit ſumentibus vnam ſpeciẽ corporali-
ter, nec aliquid accedit vtranq; participantibus, ſed
in fide ſumere aut communicare vtranq;, neceſſariũ
eſt ad ſalutem, id eſt, credere quòd corpus Chriſti ſit
pro peccatis tuis traditum, & credere quòd ſanguis
eius ſit fuſus in remiſsionem peccatorum tuorũ. Qui
ſic non communicat per fidem vtranque ſpeciem, ei
damnoſa erit hæc ſumptio & ad iudicium: alia autẽ
ſumptio corporalis ſeu Sacramentalis, non eſt adeo
neceſſaria.

2. Secundò, ſalus animæ à nulla ſpecie pendet, ſed à
fide potiùs, quòd credam Chriſti corpus pro me tra-
ditum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN